

## Werk

**Titel:** Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio

**Autor:** Bakius, Reinhardus

**Verlag:** lungius; Schmidius

**Ort:** Lübeck; Schleusingae

**Jahr:** 1640

**Kollektion:** VD17-nova

**Werk Id:** PPN616188471

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471|LOG\\_0006](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471|LOG_0006)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)



Luth. Tom. 2. lat. fol. 586.

Jesu Christe Fili Dei, qui es propitiatorium & gratiæ thronus, Episcope animarum nostrarum, immitte pectori meo tuum Spiritum, qui tecum laborebimmo in me qui operetur & velle & perficere, divinâ suâ virtute, Amen.

## Dominica I. Adventus

Evangel. Matth. 21. Marc. II.

Luc. 19. Joh. 12.

*Dominica I.  
Adventus.*

**E**t cum appropinquassent Hierosolymis & venissent Bethphage, ad monitem Olivarum, tunc Jesus misit duos Discipulos, dicens eis: Ite in Castellum, quod contra vos est, & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, solvite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite: Dominus his opus habet; Et confessim-

A

emit-

emittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filia Sion; Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super Asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem Discipuli, fecerunt sicut praeceperat illis Jesus, Et adduxerunt Asinam & Pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum super illa colloca verunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Alii vero cædebant ramos de arboribus & sternebant in via. Porro turbæ qua præcedebant & sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David, Benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis.

**E**vangelium  
nostrum novum  
non est.

**H**aban. 12. v. 48. inquit Servator: Sermo quem locutus sum, ille damnabit vos in novissimo die. Quâ sententiâ, quemadmodum Christus, adversus hostes suos, provocat, ad verbum prædicatum: Ita & Nos iisdem verbis facilimè constringemus, tûm Pontificios, tûm Calvinianos, tûm omnes verbi divini tædiosos auditores. I. Pontificii dicunt Evangelium nostrum planè novum esse, quo seculis omnino quindecim nec oppidum, nec villa, nec domus surrit imbuta, Edmund. Campian. Iesuit. Rat. 3. sed ita novæ etiam erunt orationes Ambrosii, Tom. 3. qui vixit circa A. C. 400. & Chrysostomi, Tom. 2. & 3. qui floruit circa A. C. 405. & Leonis primi, Tom. 1. qui Episcopus factus A.C. 440. & Augustini, Tom. 10. qui Ecclesiæ Hippoñensi in Africa præfuit, A. C. 430. & Gregorii M. orationes 40. super Evangel. qui vixit in dignitate Episcopali A. C. 590. & Bedæ orationes 98. super eadem Evangelia, qui

lia, qui in Anglia mortuus, A. C. 732. & Radulphi Ardentis, qui floruit ab A. C. 1040. usq; ad, 1100. &c. Hi enim omnes eadem nobiscum Evangelia haberunt, populo prælegerunt, exposuerunt; Si itaq; nostrum Evangelium, ultra 1230. annos (sic colligit Theodoric. in Anal.) in Ecclesia auditum est, quomodo novum est? sicq; Pontificiis obvertimus illud Servatoris: *Sermo quem locuti sumus, ille damnabit, & de mendacio vos arguet in novissimo die.*

II. Calvinianis Postillæ five explicationes Evangeliorum Dominicalium minus arrident; idq; ideò quod (1.) jussu Caroli M. per Paulum VVarnefridum primum introducȝ, quod (2.) hæc gesta sint, A. C. 806. quo Deus non obscuris prodigiis testatus sit, Ecclesiis tenebras imminere, cum dicto anno Luna ter, Sol autem semel defecerit, quod (3.) scripturæ hac ratione mutilata, magna ex parte viluerint, quod (4.) multi ex vulgo non alias scripturas extare putent, quam *Dominicales illas*, quæ sola prælegantur, quod (5.) hoc modo abolitus sit & intermissus Sanctissimus patrum mos, qui integras scripturæ libros prælegirint & populo Christiano exposuerint, *Gualter. in Marc. c. 13. hom. II. quod (6.) per Postillas Carolus, M. subvenire voluerit turpi ignavia & inscitiae Ministrorum, quod (7.) Satanæ hoc modò scriptura fontes occulerit & majoribus monstrarit rivulos quosdam, suo tempore exsiccandos & veneno traditionum humanarum inficiendos, quod (8.) Germani etiam putent, si quis loco textuum Dominicalium, vel Prophetam, vel Evangelistam, vel Epistolam aliquam Paulinam explicandam suscipiat, illum *Evangelium ex Ecclesia Christi sustulisse, Iodocus Nahum in Prefat. Postill. p. 5.* qui cum Herbornæ à studiosis rogaretur, ut Evangelia Domin. ipsi exponeret, respondit ille in publica admonitione ad studiosos, hanc ipsorum petitionem sibi videri, & RIDICULAM, & ipsorum studiis parum APTAM, quasi ridiculum & ad studia ineptum sit Evangelia exponere, imò addit ille, hanc in Ecclesia docendi formam sibi hactenus SUMMOPERE displicere, quam etiam antiquatam cupiat, si modò fieri posset. Verum harum rationum nullitatem quis non videt & ridet? probavimus superiorius textus Evangelicos in Ecclesia viguisse longè ante Paulum VVarnefridum Langobardum, & fatetur ipse Pezelius Bremensium Pastor, in Praefat. Raspod. Dn. Phil. Paulum illum Diaconum Dominicales lectiones non primum distinxisse, sed lectionibus JAMANTE USITATIS, homilias saltē Patrum, quæ unā cùm lectionibus illis Evangelicis in*

Calvinische  
Postille Paul  
ver.

Ecclesia recitarentur, Caroli M. jussu ADIUNXISSE. Quod itaq; sanctam illam Canitatem sanctorum eorumq; Antiquissimorum Patrum, autorem habet, quomodo à *Satana* esse poterit? quod tamen Nahu-mius asserere non erubescit. At Papismum tamen redolent (inquieres) Postillæ, Respondeo: si *Hieronymus*, *Augustinus* & alii Patres tibi Papistæ sunt, hæ etiam videbuntur, non certè hominum hic attendenda est autoritas, sed homiliarum Evangelicarum summa utilitas, quis Doctorum tam diu vivit, ut totius scripturæ volumen suis explicet Auditoribus? quis etiam Auditorum tot conciones audiendo absolvet? utile itaque & necessarium est, extare aliquod totius Theologiaz quasi *Compendium*, quod simplices (quorum maxima pars) repetitione perpetuâ reddat certiores, *Phil. 3. v. 1.* tale autem est *compendium Evangelicum*, in quo omnia ad Theologiam Christianam faciunt, omnia captui simpliciorum convenient, omnia cum tempore conspirant, ut à nostrisibus multoties demonstratum, ex Papatu certè ad nos etiam devenerunt, *Decalogus*, *Symbolum Apostolicum*, *Oratio Dominica*, &c. nunquid propterea etiam Hæc antiquabimus? Es lexi sich das Kind mit dem Bad also nicht ausschütten! sed quisquis verus bonusq; Christianus est, Domini sui esse intelligat, ubicung, invenerit veritatem, à quoconque enim verum dicitur, illo donante dicitur, qui est ipsa veritas, *August. l. 2. de doct. Christ. c. 18.* Ministrorum Ecclesiæ, si quæ negligentiaz est & ignavia, illia corrigatur non textuum Evangelicorum abrogatione, sed Paulinâ illâ exhortatione: *Attende lectioni*, tūm ostensione summi istius periculi, quod ex tali oscitantia olim, & in Doctores, & in Auditores redundabit. Et ubi tandem, in Ecclesiis nostris, sunt illi homines, qui præter Evangelia Domin. nullam aliam scripturam noscent? ubi sunt, qui statuant ab Ecclesia tolli Evangelium, si Propheta, vel Evangelista integer, vel Paulina Epistola explicetur? imò ubi sunt illi, qui scripturam, ut præ Evangelis vilem, è manibus abjiciant? Explicationi certè Evangelicæ frequentissimè addimus, & Bibliorum lectionem, & exercitia Catechetica, imò integrorum etiam librorum plenam tractationem, ut ita Calvinianis etiam obverti possit illud Servatoris: *Sermo quem locuti sumus & loquimur quotidie, condemnabit vos in novissimo die.* III. Multi ex nostris hominibus semper quidem discunt, sed ad veritatis agnitionem tardè admodum perveniunt, *I. Tim. 2. v. 4.* in illorum itaque gratiam annatim repetuntur Evangelia, imò in illorum gratiam tot Postillæ & explications Evangelio-

geliorum Domin. passim reperiuntur, quas quidem supercilio si non nulli floccifaciunt, dicentes: *Nec oculatum per spicillius; nec crinitum alienum capillis, nec eruditum Postillis indigere.* Wer wol schen könne/ bedürffe keiner Brillen: Und wer gelahrt sei / bedürffte keiner Postillen / sed plerumque ejusmodi homines, quod foris fugillant, eo domi carere ipsi non possunt, Sind gemeiniglich selbst die allerelendesten PostillenReuter / talibus itaque hīc neq; scribitur neq; metitur, illis subveniendum est, qui scripturam, sine aliquo Philippo (ut Eunuchus, Act. 8. v. 31.) intelligere non possunt, hi itaque nostris concionibus sedulò attendant, has nostras explicationes addant, & seriò saluti suæ prospiciant, si minus, ipsis etiam obvertimus illud Christi: *Sermo quem locutus sum vobis, judicabit vos in non p̄iissimo die.* ¶ Quibus ita præsuppositis, deveniemus ad Christi ADVENTUM, quem alii duplēm, alii triplicem, & alii quadruplicem faciunt, qui Duplicem (I.) sic loquuntur: Sicut primus Adventus Domini factus est, propter Redimenda delicta, ita secundus fiet, propter Reprimenda delicta, ne plures perfidia errore labantur, Ambroſ. l. 10. in Luc. c. 21. Duo sunt adventus Christi visibiles, primus preteriit, secundus mox aderit: primus fuit in humilitate, secundus erit in maiestate: primus fuit occultus, secundus erit apertus: primus fuit misericordia, secundus erit justitiae: in primo venit judicandus, in secundo veniet judicatus: in primo venit peccatores vocare per misericordiam, in secundo veniet, reddere unicuique quod meruit per justitiam, Radulph. Ardens in Epist. Dom. I. Advent. Trinum (II.) Adventum facit Bernhardus, videlicet, AD homines, IN homines, CONTRA homines, vel, ut Auguſt. l. 4. de Trin. c. 20. in primo venit Christus, ut sit ipse Homo, in secundo, ut sit Cum homine, in tertio, ut nos Homines simus cum ipso. Alias trinus hīc Domini Adventus à diversis diversimodè distinguitur ita: Primus fuit contentus, 2. gratus, 3. gloriatus. Primus Incarnationis, 2. predicationis, 3. consummationis. Primus Redemptionis, 2. Sanctificationis, 3. Glorificationis. Consistit, 1. in corporali incarnatione, 2. in spirituali regeneratione, 3. in universalis dejudicatione. Peractus est, 1. in Iudea, peragitur, 2. in Ecclesia, peragetur, 3. in ultima mundi panoletria. In primo venit DE cælo, in secundo perducit nos AD cælum, in 3. transponet nos IN cælum. In primo usus est vehiculo ASELLI, in 2. utitur vehiculo VERBI, in tertio utetur vehiculo Nubium COELI. In primo fuit REX noster, in 2. est LEGISLATOR noster, in 3. erit JUDEX noster, Esa. 33. v. 22. In primo factus est nobis JUSTITIA, in secundo fit Sanctificatio & SAPIENTIA, in ter-

*Adventus quo-  
triplex.*

tio fiet **REDEMPTIONIS** certissima, 1. Cor. i. v. 30. de primo Adventu agunt dicta, Ioh. i. v. 14. Gal. 4. v. 4. Psal. 40. v. 8. Matth. 20. v. 28. de secundo agunt, Exod. 20. v. 24. Ioh. 14. v. 18. & 24. Apoc. 3. v. 20. de tertio agunt, Matth. 24. v. 30. 1. Thess. 4. v. 16. Apoc. 22. v. 12. 17. 20. Alii verò quadruplicem faciunt Adventum, videl. 1. Incarnationis, 2. Redemtionis, 3. Regenerationis, 4. Extremi judicii, Sacc. vel: 1. Incarnationis, 2. Humiliationis ad crucem, 3. Sanctificationis per verbum, 4. Glorificationis Gōdiss.

¶ His etiam, Exordii loco, addi potest generalis illa quæstio: cur Christus, alias à populari gloria plane abhorrens, hic tamen summos adserit honores, ita, ut vehiculum ille querat, qui alias pedestri itinere contentus fuit, tolerat titulum Regium, qui alias Rex fieri solebat, Ioh. 6. imò laudes populi, quem antea tacere præcipiebat, modò non cohibet sed potius dicit: *Sihī tacuerint, lāpides clamabunt?* Ardens, Grana- tensis, Pelarg. in Joh. & alii causas sequentes ponunt: 1. Pomposo hoc ingressu Dominus complere voluit vaticinia & prædictiones, cum primitis Zachariæ illud, quod hic allegatur. 2. Prodere ita voluit suum immensum erga nos amorem, cum enim permanere potuissest in majestate, cuius hic honor saltem umbra fuit, gaudium tamen propositum reliquit & crucem sustinuit, confusione contempsit, Heb. 12. v. 2. 3. Voluit Dominus ut sua mors & passio ubique innotesceret & scirent omnes, eum cruci affixum esse, qui jam posse spectantibus omnibus, Hierosolymam fuerat ingressus. 4. Indicare Dominus hoc triumpho voluit, se mortem, sicut turpissimam, tamen non abhorrese. 5. Ostendere voluit victoriæ certitudinem indubiam, idè non post sed ante victoriæ triumphat, gaudet, quia videt Electorum gloriam, quam illis suâ morte comparaturus erat, plorat eorum culpâ, qui suam passionem sibi ipsis reddent inutilem. 6. Docere voluit gloriam præcedere debere humilitatem, sicut ipse hactenus humiliè vixit, nunc autem triumphat, & confunduntur hoc processu illi, qui antequam humiliari sciunt, exaltari cupiunt, cum scriptum sit: Gloriam præcedit humilitas, &c.

**Et cum appropinquassent.** ] Historiam hanc *omnes Evangelista* describunt, idè sedulò attendendum (1.) quis ingressus, Matthæus loquitur in plurali, sed Syrus, cum sciat Christum Servatorem personam hic verè principalem esse, in quem omnium oculi convertendi, idè in singulari dicit: *cum appropinquasset & venisset Ieschua*, denn an diesem Mann ist doch alles gelegen / were der nicht dabey / so würde heutige Reue,

*Exord. 3.*

*Causa ingressus  
solennis Christi.*

Reuteren einem fasnächtlichen Auffzug nicht vngleich seyn. Dicitur itaque Dominus (2.) *Appropinquasse*, Arerius dicit ipsum vix ad horæ spaciū Hierosolymis abfuisse, sic waren kaum einen Büchsen schuß von der Stadt / Göditz. imò David de Pomis dicit Christum urbi viciniorem jam fuisse, siquidem Berthphage fuerit locus muri Hierosolymitani, sed hoc Appropinquasse quid propriè notet, mox dicemus : perrexit itaq; Dominus (3.) & appropinquavit *Hierosolymis*, versio Reg. In *Hierosolymam*, ubi tamen particula eis motum significat non in loco, sed ad locum, ut *Luc.* 18. v. 35. factum est, dum ipse appropinquaret eis i.e.χω. ¶ Observa hīc I. Quod Dominus ingrediatur *Hierosolymam*, quæ Visio Pacis dicitur, quia reparatus erat internam & eternam pacem per Passionem suam, *Esa.* 53. v. 5. ingreditur *Sanctam illam civitatem*, ut summus sacerdos, patrinos reconciliaturus redemtione unā *Heb.* 9. v. 12. *Rom.* 6. v. 10. ingreditur *Hierosolymam* terrenam, quia per mortem suam nos omnes in cælestam *Hierosolymam* erat introducturus, &c. Sim. Pauli. ¶ II. Appropinquavit quidem filius Dei Judæis aliquoties, appropinquavit ex servitute Ägyptiaca eos liberando, appropinquavit, ex ipsorum stirpe carnem assumendo, appropinquavit in ipsorum templo, scholis & ædibus docendo, imò appropinquavit inter ipsos non numeranda faciendo miracula: Verum Dominicā Palmarum, quando Dominus templum repurgat & paratus est Hierosolymis sanguinem fundere, pro Judæorum & omnium hominum peccatis, ibi recte dicitur *APPROPINQUASSE*, da mar der liebe H e x x so nahe / als Er niemals gewesen: Pari modò, quoties Christus etiam nobis appropinquavit? appropinquavit quidem nostris Majoribus, quando eos ex Gentilismo eripuit, & tune qui olim procul erant, propinquui facti sunt, per sanguinem Christi, *Eph.* 2. v. 13, unde Apostolus de gentibus ait: *propius est salus nostra*, quam ut credebamus, *Rom.* 13. v. 11. sed ante centum annos, quando & nostra templa per Lutherum repurgata sunt ( quemadmodum hac ipsâ Dominicâ i. Adventus Festum Repurgationis hujus nostræ S. Metropolitanæ Magdeburgensis Ecclesiæ devotè celebramus, finitâ concione: *Te Deum Laudamus* &c. decantamus, & Deo publicè gratias agimus, *quod hodie Christus mitis nobis Salvator venerit*, & purâ Evangelij predicatione nec non legitimâ Sacramentorum administratione Templum hoc repurgarit, EXPLOSO ANTICHRISTO, Veni & Audi, ut in trabe, propè chorum, aureis adscriptum litteris) tunc verè appropinquavit nobis Christus, quin hodieque, ubi est Natio,

*Hierosolyma de  
quibus admō-  
neat.*

*Et nobis appro-  
pinquavit Chri-  
stus.*

Natio, quæ Deos habeat ita appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris, *Deut. 4. v. 7.* appropinquat nobis Dominus in Ecclesia *Matth. 18.* appropinquat nobis in cena, *Matt. 26.* appropinquat nobis in precatione devota, *Psal. 145. v. 18.* imò Deus è propinquo nobis est & non è longinquo, *Ierem. 23. v. 23.* appropinquemus ergò Deo & appropinquabit nobis, *Iac. 4. v. 8.* Quæramus Dominum dum inveniri potest, invocemus eum dum propè est, &c. & miserebitur nostri, *Esa. 55. v. 6. & 7.*

Bethphage  
unde.

**Bethphage.]** Juxta Lyranum Bethphage est quadam villa parva in descensu montis Oliveti versus Ierusalem & erat villa sacerdotum, quia licet Sacerdotes non haberent hereditates ad excolendum, habebant tamen domos ad animalia nutriendum & ad manendum tempore, quo non vacabant cultui divino in Ierusalem. Notatio hujus villæ varia est: aliis enim (1.) Bethphage idem est, quod: *Domus maxillarum*, vel ut Glossa Ordin. habet: *Domus buccæ*, Wangenheim/ Wangenhausen/ vertit *Sacculus noster*, idq; ideo, quod *maxilla* dat a *sint Sacerdotibus ex Lege*, ut Theophilactus docent & Hieronymus, qui Bethphage interpretatur: *Villam Sacerdotium maxillarum*, ad Eustochiam virginem Epist. 27. lex sacerdotibus maxillas assignat, *Deut. 18. v. 3.* Nonnullis (2.) derivatur Bethphage à *Ficus immaturis*: cum Hebreo enim *phagim*, quod in regimine *phage* legitur, convenire videtur vox Germanica *Feygen* / *Phil. Melanth.* qui si nul monet, quasdam ficus bis proferre fructum, prior nominatur Grossus, h.e. *Verna ficus*, Græcè ὄλύντος quasi ὄλων ἀντος, fructus totus viridis seu non murescens: alter verò fructus est *ficus astiva*, græcè σῦκα, hic fructus dulcior est, quia melius coquitur æstivo calore. Quando itaq; Christus ficus, hoc ipso fortassis loco, quæsivit, *Matt. 21. Marc. 11.* & quidem verno tempore, paulò ante passionem, nullum est dubium, intelligendos esse grossos, sive ficus præcoces, quibus homines *fortuna tenuioris* utebantur, ad pellendam famem, estque adhuc in medicina usus illarum plurimus. Aliis (3.) Bethphage derivatur à Græco πηγή, unde Syriacum  phage educatur, & significet: *Domum Fontis*, quia, ut *Ioan Arnd* innuit, ille fuit locus, ubi ex Samsonis Maxilla fons erupit, *Iud. 15. v. 19.* & tandem (4.) Bethphage quibusdam est *domus concursus*, à concursu viarum, quarum una Hierosolymam versus, & quidem ad portam fontium, altera verò in vallem Hinnom tendebat, unde Asina in bivio stetisse legitur. Breviter: *Bethphage ist gewesen ein Dorf/ zur Eindein*

Eincken des Delberges / erwan ein Steinwurff von Bethanien / ut Bunting. in Itin. S. ex Hieronymo demonstrat. ¶ Observa, allegoricā omnia h̄ic jucunda esse : Sienim Bethphage idem est, quod *domus Fi-*  
*cuum*, in nuitar eō, Christum suā instanti passione nobis præparaturū sicuum emplastrum, quod peccati livorem & tumorem sanare debeat, *Esa.*  
 38. pestis tempore *Electuarium securitatis preciosum* paratur, ex *sicubus*, *ru-*  
*tâ* & *nucibus*; (Giff Latterwerg) idem à Christo præparandum, hic ad-  
 ventus Dominicilocus innuit. Si autem Bethphage *domum Fontis* no-  
 ter, innuebatur, Jam aperiendum *vita fontem Ioh. 4.* & verè aderat ille, de  
 quo Ecclesia canit : Schöpffer aller Dinge / der Brunn des Lebens thut  
 aus ihm entspringen / ic. Tandemq; si Bethphage *domus Bucca* vel *ma-*  
*xilla* est, innuitur, Christi regnum esse regnum maxillarum & lingua-  
 rum (WangenReich ZungenReich) h. e. *Spirituale*, quod propagetur  
 non ferro, sed verbo, non sceptro, sed plectro, hinc *Messias* terram dici-  
 tur percussurus *Baculo labiorum*, *Esa.*ii. hinc Antichristus interficiendus  
 dicitur *Spiritu Ori Christi*, 2. *Thef.*2. imd hinc Simon Pauli dicit : Christi  
 vnd der Prediger Kinback ist die Esels Kinback / damit der grosse Himsche  
 Simson vmb sich schläget / vnd schneist vnter die Gottlosen / daß es  
 tracht. Balsamus ferro tactus dicitur corrumpi, pari modo Christi re-  
 gnum & verbum non Petri ferro & gladio, sed concionatorum *linguis*  
 & *maxillis* defenditur, sint itaq; armia militiæ nostræ spiritualia, 2. *Cor.*  
 10.v.4. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini,  
*Psal.*20. v.8.

Christi Reich  
 ein Mund,  
 Zungen- vnd  
 Wangen-  
 Reich.

Ad montem Olivarum. ] Syrus habet : *juxta verticem mon-*  
*ti olivarum*. Mons oliveti ab oriente imminebat urbi, cæteris monti-  
 bus altior, distabat ab urbe itinere Sabbati, h. e. quantum Judæo die  
 Sabbati ire licuit, nec magnum hoc fuisse spacium inde constat, quod  
 Titus in obsidione urbis, muro quo Judæos urbi inclusit, partem et-  
 iam hujus montis complexus est, ut *Aretius ex Iosepho* narrat. Celebris  
 in N. T. hic mons est, quia ab eo Christus Hierosolymam est *ingressus*, ab  
 eo ad crucem est *progressus*, ab eo ad Patris dexteram est *regressus*. Augu-  
 stinus nominat hunc montem: *Montem olei, cibi, & Medicinae*, ut & mon-  
 tem *luci*, protulit enim oleum ad lucem, ficus ad cibum, daëtylos ac  
 gossiopium (Baumwoll) ad medicinam, illustratus præterea est, de die  
 radii solis, de nocte verò templilichnis & lucernis &c. ¶ Observa, *Allegoria oli-*  
 in allegoria h̄ic iterum omnia pulchra esse, verè per instantem Christi  
*veti pulchra.*

*Mons oliveti.*

B passio-

passionem nobis parari debebat, *anima cibos, cordis medicamen, & lux beatitudini inaccessa*: adde in monte olearum post diluvium quievisse arcam, Gen. 8. v. 4. & vaccam ruffam in hoc monte fuisse combustam, Num. 19. teste Hieron. in Epitaph. Paulæ, ab hoc itaq; monte Christus descendit, futuros suos innuens labores eosque maximos, *Er sej noch nicht vber den Berg / Pomar. in alleg. Dom. Palm.* imò hoc descensu indicat, se venisse, de sublimitate in humilitatem, de corde Patri in uterum matris, de summo cœli fastigio in infimas terræ partes, de monte potentia in vallem infirmatis, de monte gloria in vallem ignominie, unde Bernh. Serm. I. de Adv. exclaims: *O novissimum & altissimum! O humile & sublime! opprobrium hominum facta est gloria Angelorum.*

Duos ex discipulis. ] Glossa ordinaria asserit, quosdam dixisse, duos hos Petrum & Philippum fuisse, quorum hic Afinam adduxerit, h.e. converterit Samariam, alter verò Afinæ & Samariæ quasi pullum, Cornelium, Act. 8. & 10. Alii dicunt, fuisse Ioannem & Petrum, ad parandum agnum Paschalem alegatos, Luc. 22. Glossa Anselmi Interlin. Duos prædicatorum ordines hic putat depingi, alterum in Gentes (Paulum) & alterum in circumcisionem (Petrum) missos. Theophilactus ita allegorizat: In hodiernum duo nos solvunt, *Apostolus & Evangelista*. ¶ Nos discamus hic verum esse illud: *Vnus nihil, duo plurimum, Ein Mann/kein Mann/sweene Mann/die müssen thun/melius est enim esse duos quam unum, habent emolumentum societatis suæ, si unus ceciderit, ab altero erigitur, & si quispiam adversus unum prævaluerit, duo ei resistent, Eccles.c.4.v.9. & 12. sic hoc loco alegantur non unus, sed duo: sic ex discipulis 70. mittebantur duo uèrè duo, Marc. 6.v.7. sic mutuas sibi tulerunt operas: Moses & Aaron, Josua & Caleb, Elias & Elisaüs, Jeremias & Obadias, Ezechiel & Daniel, Paulus & Barnabas, Basilius M. & Grorius Nazianzenus, apud Græcos: Ambrosius & Augustinus, apud Latinos, imò parum nostrorum tempore, Lutherus & Philippus:*

*Divise his opera, sed mens fuit unica, pavit*

*Ore Lutherus oves, flore Melanthon apes:*

*Vna Lutherus erat Christi manus, una Philippus,*

*His benè constructum est religionis opus.*

Hinc Glossa Ordin. in c. II. Marci ita loquentem introducit Hieronymum: *Bini vocantur, bini mittuntur, quia charitas non in uno consistit, unde: va soli, duo educunt Hebraeos de Ægypto, duo portant botrum de terra sancta, us*

*sem-*

*vnu nibil, duo  
plurimum.*

semper præpositi conjungant scientiam, duo mandata, de duabus tabulis profabant, in duobus fontibus abluantur & abluant, duobus vestibus arcam Domini portent, inter duo Cherubinum Dominum cognoscant, h.e. Legem & Evangelium prædicent, pœnitentiam & remissionem peccatorum annuncient, &c. Addam etiam quæ Ardentius habet in Dom. Palm. In duobus ostenditur, & veritatis testimonium, & charitatis exemplum. Veritatis testimonium, quoniam in ore duorum vel trium omne verbum fiat: Charitatis exemplum, quoniam non minus quam inter duos amor charitatis demonstratur: Duo igitur mittuntur, ut consono verbo veritatem prædicanter & charitatem. Nos ergo quando in veritate & charitate ad invicem consonamus, nos esse discipulos Christi probamus, quando vero, quod absit, à veritate & charitate discordamus, non Christi sed magis diaboli nos discipulos esse demonstramus, hactenus Ardens, Ideoque:

Sint unum, doceant unum, faciantur & unum,

Vnum qui, Christi nomine, nomen habent.

Ite in castellum, quod contra vos.] Beza: ex adverso ~~ro-~~  
bis, Versio Regia: qui adversum vos, Syrus: qui vobis est, è regione, Osiand. ingredimini proximum illum pagum, quem è regione videtis. Quinam fuerit hic vicus dubium est: Alii (1.) intelligunt ipsam Hierosolymam, quæ Castellum dicatur, vel ob fortitudinem, erat enim clausa triplici muro, cum propugnaculis & fortaliciis ad modum Castrorum, & ideo dicitur Castellum, inquit Lyra: Sed reclamat huic sententiæ dictio κώμη quæ urbi non competit, vide I. Sam. 6. v. 18. 2. Paral. 13. v. 19. ideo Erasmus in annotationibus dicit: Vox graca vicum aut oppidum sonat, ne quis putet arcem esse, aut magnatus Palatum. Vel, alii censem Hierosolymam hic dici Vicum, ob contemptum, quia addatur: τὴν ἀπίσταντι υἱοῦν, quod contravos est, h.e. Hierosolyma vobis semper contraria: Sed hæc verba pertinent, non ad animorum disjunctionem, sed ad locorum oppositionem. Verum quidem est, Hierosolymam contumacem fuisse & Apostolis semper contrariam, sed illud hic non astruitur, Aretius. Unde Musculus hanc sententiam malam dicit & ridiculam, additq; Marlorat. Designatus locus in eorum conspectu positus, qui urbs Ierusalem esse non poterat, propter montem interjectum, Bethphage enim sita erat ex altera montis parte ipsi Ierusalem. Alii (2.) per hunc vicum intelligunt Bethanianam, quæ Marci II. expressè ponitur, ubi tamen Antiqua versio male omisit, Bethphagen, ponens: Cum appropinquaret Hierosolyma & Bethania, pro: cum appropinquaret Hierosolymam ad Bethphage & Bethaniam, Syrus etiam in Marco dicit, Bethanianam

In quod castellum Apostoli  
ablegati.

fuisse in declivi, imò vesperi hujus diei Christus in Bethanian regressus est,  
 quo remissa esse jumenta credibile. Reclamant tamen nonnulli huic  
 sententia, ideo, quod Christus Bethaniā sit egressus, sicq; per vicum in-  
 telligunt, vel pagum ignotum incerti nominis, vel ipsam Berphagen, quo  
 Dominus nondum plenè pervenerat, unde Hunnius in Matth. dicit:  
 ubi Berphagen, ferè pervenisset, duos ablegavit discipulos in vicinum Eum pa-  
 gum, &c. Calvin. intelligi debet de pago aliquo suburbano, quales plerum-  
 que urbibus adjacere solent, in quibus vehendorum onerum gratiā asi-  
 ni in usu habebantur. Beufius: de castello quo dicitur, credibile est  
 fuisse ibi diversorum, & ideo alligatas fuisse asinas, ut peregrinantes po-  
 ruerint eas conducere & ad manum habere, quod facilius montem Olivarum con-  
 scandere possent, ut Iustinus existimat. Henric. Bunting in Itin. S. Dieser  
 Fleec / wie Adamus Neufner angezeigt / ist gewesen ein Hoff vnd Palast  
 mit Seulen vnd Stufen nicht weit vom Delberg / da sich die Weg ges-  
 scheiden. Urget ibi Buntingus Hebraum Matthæi יְהוּ Tirah à  
 יְהוּ Tir, quod significat ædes, vel palatium sic appellatum, quod sit con-  
 structum lapidibus levigatis, excisis & æqualiter ordinatis, unde יְהוּ  
 Tur, quod seriem, ordinem, vel dispositionem notat, Tirah itaque sic dici-  
 tur, ab ordine parietum, columnarum & aliorum ornamentorum in splendi-  
 diori ædificio, sunt qui vertant castellum, inquit Lexic. Reg. p. 855. Breviter:  
 Die Wandersleut haben sich dieses Orts ein wenig verblasen vnd Esel  
 vmb Gelt dingend können / ut in via Appia, wenn man von Nohm gen  
 Capua zeucht / in Tretabern oder in den dreyen Wirthshäusern / de qui-  
 bus consule Buntingum, Itin. S. Novi T. pag. 102. ¶ Observa, alle-  
 goricus pulchre hic depingi qualitates Ministrorum Ecclesie. Dicatur il-  
 lis (1.) Ite, h.e. Doctores sint legitimè missi, juxta illud: Iris, quod te mi-  
 fero, Ier. 2. (2.) eant hunc in castellum, h.e. maneant in sua statione, non sint  
 polypragmones, non hinc inde vagentur vel discurrant, sed unusquis-  
 que ut vocatus est, ita ambulet, I. Cor. 7. attendant castello & gregi sibi  
 commisso, Act. 20. Dicitur (3.) Ministris Ecclesie, Ite ante vos, h.e. non  
 tergiversentur, non retrogrediantur ob pericula, non fugiant ob com-  
 modum, Sie sollen nicht den Krebsgang sondern gerad vor sich gehen / ne  
 Ipsi obveniat quod Jonæ, der sollte gegen Abend so gieng er gegen Mor-  
 gen / vnd geriet drüber aus dem Rauch ins Feuer / dicitur (4.) ministris  
 Ecclesie: Ite in castellum, h. e. non circumeant, sed ineat & introeant,  
 animosi sint & intrepidi, Sie sollen nicht leise treten vnd schlischen / wie  
 die

Ministerium  
 pulchre depi-  
 dum.

die Räck vmb den heissen Drey / sed eant in castellum, Sie sollen den Leuten ins Herz greissen / unde Glossa interlin. pulchrè: PENETRATE, barbara & indocta mundi latera , quasi contrapositi castelli mænia. Adde his quæ mox sequentur, SOLVITE, DICITE, ADDUCITE, & pulchram Ministerii Ecclesiastici idean habebis.

Invenietis asinum & pullum cum eâ. ] Matthæus & Marcus describunt tempus : statim, confessim, Lucas addit, & Locum: in vici ingressu , & qualitatem animalis : erit pullus , super quem nullus hominum sedit. Joh. 12. dicitur, quod ipse Dominus asinum invenerit, sed rectè addit Lyra, invenit, h.e. habuit permissionem discipulorum, Evangelista transit, quia sufficienter ab aliis fuerat expressum. Glossa interlin. addit: Breviter Iohannes dicit , quod alii latini quomodo factum sit, narrant, hinc Beza: natus est asellum: Luth. Er vberkam einen Esel/ adducentibus nempe ipsum discipulis. Rabbini nugantur , hunc illum fuisse asinum, qui ligna ad Isaacum immolandum, portarit ad montem Moriah , Aber das müste ein alter Esel seyn / inquit Saccus noster, siquidem Isaaci historia fermè 2000. ante Christi Adventum annis contigit. Lyranus dicit: ista asina erat communis pauperibus, non habentibus animalia, & qui operabatur in ea, dabant sibi pabulum , & facto opere reducebat ad locum determinatum, ut alius indigens posset accipere eam , & pullus ejus nutriebatur cum ea, pro consimili opere. Sed si nulli peculiare jus in hunc fuisset asellum, quis poterat eum dimittere? vel quis ejus heros, cuius tamen Salvator meminit? Glossa interim Ordin. pulchrè allegorizat : Tres Evangeliste qui Græcè scripserunt , pullum tantum commemorant. Matthæus verò, qui Hebraice scripsit, etiam asinum soluunt & adductam resert, ut Hebreæ quoque genti, sibi resipiscat, non deperandam monstraret esse salutem. ¶ Cæterum, multi offensi sunt hoc asino: Cornelius Tacitus refert, per ludibrium Judæos colere Deum insidentem asino: Tertulliani temporib' Christiani, per convitum, dicti sunt ASINA. XII. & Christus ipse ONONYCHITES, quasi dicas: Asinungularius, Tertullian Pol. c. 16. Curiæ Romanæ affixum dicunt, alii asini caput, alii hominem imaginem, quæ aures habuerit asininas, nec non pedes asininos, unâ manu gerens flagellum , alterâ codicem Biblicum: imò in hodiernum usque Judæi ideo Christum pro Messia agnoscere nolunt, quod Asino, animali ex lege immundo, inequitaret. Sed annon sine contaminacione idem fecerunt Abrahamus, Gen. 22. David, I. Reg. 1. Bileam, Num. 22. Debora, Iud. 5. & alii? asinis sine peccato ideo utentes, quod asellus qui-

*Evangelista  
conciliantur.*

*Asino Christi  
non offendamus*

dem immundus erat ratione cibi & sacrificiorum, non a ratione equitatus & bajulatus, imò ex lege ipse etiam equus immundus erat, ergo equo etiam insidere fuisset prohibitum: Adhac si maximè huic equitatui Levitica quædam immundities adhæsisset, Christo tamen hoc obesse non poterat, ut qui Leviticas ceremonias abrogavit; imò cur abstineret ille ab **Aſini interdicta**, qui nostri causâ, non abstinuit à cruce prorsus maledictâ, Deut. 21. v. 23. Gal. 3. v. 13. Ideoq; **Cur aſinum ſpectas? cœleſtem ſuſpice Regē, & Servatori dic Oſianna tuo.** ¶ Observabimus hic, I. ſummam Christi humilitatem, cum in nostro textu adſit, nō currus Josephi Pharaonicus, Gen. 41. v. 43. non Absolonis mulus, 2. Sam. 18. v. 9. non equus Mardochai regius, Eſth. 6. v. 8. non Alexandri Bucephalus 8000. coronatis æstimatus, non adeſthic currus Caii Caſari elurneus, qui 40. elephantibus trahebatur: non rheda Aurelianii à cervis tracta, non currus Antonii vectus leonibus, non currus ſeoſtrii à quatuor captiuis tractus Regibus: Non hīc ad-  
**Humiliemur  
sub potenti Dei  
manu.**  
**est caballus Pontificis Clementis 7. quo Bononiam pomposissimè ille in-**  
**gressus, quando Carolus V. coronabatur, Sleid. lib. 7. imò hic non adeſt**  
**equus centicolor, quem Messia Judæorum aptum dixit R. Samuel, referen-**  
**te Christiano Gerson, in ſuo Chelec. p. 120. ſed vilius aſellus hic adeſt, inſigne**  
**humilitatis ſignum, de quo Christus: diſcite à me, quia humiliſum,**  
**Matth. 11. Dediſcat ſuperbiſuſ eſſe homo, cum tam humili factus ſit Deus, venit ille**  
**ad ſuperbiſuſ humiliter, ut humiliſes ex ſuperbiſuſ faceret ſimiſiliter, Ambroſ.** ¶ II.  
**In afino Christi obſerva: providentia divina universalitatem, curantem &**  
**homines & pecora, Psalm. 36. Is enim qui hīc, ſine majestatiſ obſcuratione,**  
**novit & aſinum, & aſini ſexum, & aſini locum, & aſini vinculum, & aſini**  
**herum, &c. is alibi curare ſimiſiliter dicitur, & gramen campi Matth. 15. v. 28.**  
**& paſſeres, Luc. 12. v. 6. & cervos, Psal. 104. v. 28. & capitiſ noſtri capillos Matt.**  
**10. v. 30. & grefſus noſtrus Psal. 33. v. 16. fugas ac lacrymas Psal. 56. v. 9. &c. ut**  
**enim contra Dei majestatem non eſt res viiores creafeſe, ita nec à maſteſta-**  
**ejuſ alienum viiores creatas conſervare: proinde conſolationi hoc ſit**  
**nobiſ, multis corviſ, aſiniſ, paſſeriſ & capilloſ longe praſtantioriбуſ:**  
**Pafcit aveſ, veſtit flores & curat aſelloſ,**  
**Cur nos non curet, cujuſ imago ſumus.**

**Christus labo-**  
**res uero aſini-**  
**neſ ſuſſimis.**

¶ III. Nota hīc crucis neceſſitatem: quid enim Christus paucis ab-  
 hīc diebuſ pati debeat, indicat quaſi aſellus, Es will der liebe H̄errx bald  
 in ſich ſloſſen und ſchlagen laſſen / wie man vnbarmherzig in einen Eſel  
 ſürvnet / ſed aſinuſ hoc labore, omnes noſtri langvores auſſerentur, Eſa.  
 53. id.

53. ideoq; si Asinus, quemcunque asinum sors aspera fecit. Quidam magni nominis Theologus concionatori recens ordinato his gratulatus est: *Gaudeo te factum Christi asinum, o quantis plagiis & verberibus exagitabitur hic asinus, & prædictioni eventus satis respondit, Herberg.* ¶ IV. Observa hic regni Christi spiritualitatem, si enim ut Pontificis Romani, ita Christi etiam regnum de hoc mundo esset, utiq; vel humeris ferretur, vel equus ejus ab Imperatore duceretur, vel ipsi stapeda ab Imperatore teneretur, quemadmodum Imp. Fridericus ab Adriano 4. reprehendebatur, quod strepant equi è contrario latere, inscius tenuisset, cui tamen Imperator satis aptè respondit: Er hette das Stegreiff halten niemaln gelernt. Sed Christus hīc, pro regni sui qualitate, attendit, non pompā sed necessitatem: Der Esel sol ein Präceptor vnd Doctor seyn der Phariseer / welche dofern sie von diesem Esel nicht lernen wollen / daß Christus kein Weltlicher Herr sey / so sollen sie Esel vnd Ochsen bleiben / vnd ihre Grobheit ewig beweinen/ Sacc. ¶ V. Tandem observa, Redemtionis & Judicii diversitatem: Principes terræ, prout res postulat, vestiuntur, alio uestitu utuntur in bello, alio in venatu, alio in nuptiis, alio in funeribus: Ita & hic Rex noster alio schemate redimenti, & alio iudicandi hominibus utitur, jam venit vehiculo aselli, olim vehiculo nubium cœli venturus, Granat. Nugæ itaque sunt R. Iosua Ben Levi dicentis: Si Iudei sint pii, venturum esse Messiam in nubibus, Dan. 7. v. 13. Si vero impii, venturum pauperem & in asino equitanum, Gerson. in Chelec. p. 120. Haec si observaveris, tunc magis prodesse tibi scito, auriculas Aſini, quam Diadema Papa.

Solvite, adducite, & si quis.] In Graeco est participium, λύ-  
• αντες, Solventes adducite, Vers. Reg. Cur autem Beza minusculis & quasi in parenthesis, addiderit: Eos, nescio, pullus certè ligatus non fuit, ergo solvi etiam non potuit. ¶ Observes itaq; hīc Typum Ministerii Ecclæsiastici, quo d quatuor habet Imperativos. I T E, complectitur legitima Doctorum vocationem. SOLVITE, continet legitimam clavium usurpatiōnem: AD DUCITE, iucundam Evangelii prædicationem, quæ homines allicit & adducit: DICITE, Severam peccantium, ex Lege, increpationem, Dic ipsis, & redemisti animam, vide Müll. in Praxi. Et profectò, ut hīc Christus dicit: Solvite, adducite, ita Pastores in omnibus oppidis, urbibus & pagis semper invenient vincitos, alios quidem laqueo impietas, alios laqueo lascivia, alios laqueo luxuria, alios laqueo superbia, aliosq; alii Diaboli funibus constrictos, 2. Tim. 2. v. 26. Hos si solvere velimus & Christo adduce-

*Regnum Christi  
spirituale est.*

*Ornatæ Christi  
dræsan.*

*Minist. Ecclæ-  
siastic. 4. Im-  
perativis absol-  
vitur.*

re, non

re, non deerunt Inquisitores, Reformatores & Critici, Wir werden erwart  
besprochen: Pfaff was machstu? Wer hat dir das befohlen? Was riehestu  
vor ein Lermen an? ic. Sed constantissimè respondendum. Dominus his  
opus habet, h. e. omnis nostra defensio in eo consistat, quod nostri Do-  
mini mandatum exequimur. Der Herr hats geheissen/also hats der Herr  
befohlen / 1. Cor. 9. Die Sach ist des Herrn/ vnd mein Amt ist meines  
Gottes/Esa. 49. imdilla vox: ADDUCITE, quos non Ministerii labores  
depingit? Agasonum certè labor maximus est, Wie oft schreget der  
Esel den Treiber gewlich an/wie oft schleget er zurück/quot alsinino hoc  
labore deterrentur? Sed Episcopatus opus est (1.Tim. 3.v.1.) opus non dignitas,  
labor, non delicia, opus per quod humilitate decrescas, non fastigio intumescas,  
Hieron. Solvamus itaq; & adducamus, non nosipso sed Christum ex-  
tollamus, vestes affectuum deponamus, penitentium naves, veste  
charitatis, tegamus, imò, pro charitate erga Christum, vel nosipso de-  
nudemus, wenn wir Rock vnd Kropff davon haben/ all gnug ist/ habe-  
bimus in altera vita vestes byssinas, Apoc. 19. Pomer. alleg. Dom. Palmar.  
& alii.

Dominus his opus habet. ] Phil. Melanch. in hac phrasí non  
est latina constructio sed Græca, latini enim non dicunt: Ego opus habeo,  
sed mihi opus est. Marcus & Lucas addunt interrogatos esse discipulos:  
Cur facitis hoc? quare solvit? respondent itaq; discipuli: Non DOMINUS  
NOSTER, sed simplicissimè: DOMINUS, & quidem cum articulo: ὁ κύ-  
ριος, Ille Dominus, cui merito omnia parent, velut Glossa interlin. Anshel-  
mi pulchre addit: Dominus simpliciter omnium rerum, cui servire debet omnis  
creatura. Hic itaq; Dominus his opus habet, & notanda series verbo-  
rum: ὁ τι ὁ κύριος &c. Lubinus rectè vertit: quod Dominus his opus habeat,  
quasi Discipuli cum quadam animositate dixissent: SCIAS, vel SCITO,  
Quod Dominus his opus habeat, vel: sine mora Mittito, QUIA à Do-  
mino nostro requiruntur, ut Syrus habet. ¶ Observahic, I. verum esse  
quod modò Ecclesia canit: Advenit in terras egens - fata nostra condolens-  
cælis daturus divites - & angelis suis pares: Er ist auf Erden kommen arm/ic.  
qui enim Dominus erat omnium, pauperum jumentis uititur, nec quicquam pro-  
prii habet, ait Musculus. Dominus ille, qui nullius erat indigens, cui angelii  
serviunt, ille his vilibus indiget, addit Granatensis. Ubi Cherubin, ubi  
Seraphin? quare suum Dominum in manibus non portant? quare re-  
rum omnium Dominus eget? eger non pro se, sed pro me, propter nos pau-  
per

Christi pauper-  
tas meum pa-  
trimonium.

per factus, quamvis esset ditissimus, 2. Cor. 8. v. 9. Sed ipsius paupertas nostra ubertas, ipsius inopia, nostra copia, ipsius indigentia, nostra abundantia.

¶ II. Nota h̄c exspirare Anabaptisticam bonorum communionem, quam nostro textu confirmatam afferunt. Respondent quidem aliqui, distinguendum esse inter Creatorem Christum (cui nihil denegari potuerit) & inter Creaturas, alios homines, qui cum Christo eandem potestate non habeant. Philipp. Melanch. dicit h̄c easum necessitatis esse, quod indicatum sit, quod Ministerio debeantur necessaria, Asini inquit, b. e. leges, politiae, imperia, debent servire Ministerio & Ecclesia, sed res plana est, si enim Christus rerum omnium Dominus, ne asello quidem alieno uti voluit, sine heri concessione, quomodo omnia erunt communia? tollit certe Anabaptistica isthac confusio ex Decalogo 7. 9. & 10. præcepta: tollit studium eleemosynarum toties Christianis mandatum, 1. Cor. 16. v. 12. 2. Cor. 8. v. 14. tollit omnem OEconomian, quæ domum propriam regi jubet, 1. Tim. 3. v. 4. tollit vituperium ignororum, qui jubentur edere proprium panem, Eph. 4. v. 28. 2. Thes. 3. v. 10. &c.

Et statim mittet. ] Beza, remittet: dimittet, Vers. Regia. Marloratus dicit quædam Exemplaria legere per præsens: Et statim Emittit vel dimittit Eos, discipulos scilicet, sed fatetur ipse lectionem futuri veriorum esse, cum Marcus expressè dicat: Et confessillum (pullum) dimittet huc. Referunt hæc verba ut plurimum ad jumentorum Dominum, quasi ille statim ad Christi verba, asinum sit missurus, sed Aretius refert ad Christi discipulos, quasi illi dixissent ad Dominum asini eò citius commovendum: Dominus his opus habet, & uetus eis, huc tibi eosdem statim remittet. Facit huc sententia Græca: ἐνθέως δὲ λατυσελεῖ, statim AUTEM remittet, quasi dicant: utetur his jam Dominus, sed mox tibi restituet, videatur etiam hanc sententiam confirmare summa humilitas Christi, qui licet rerum omnium Dominus esset, bonâ tamen Heri pace asello utitur & solitam promittit restitutionem. ¶ Observa h̄c pulcherrimam esse vocem: Dominus his opus habet. Audi hanc vocem, qui in splendido vestitu superbis & ceu pavo cristas erigis, nonne vides juxta te nuda Christi membra, his itaq; de vestitu etiam prospicias & cogites Dominum in suis membris tuis indigere: Audi hanc vocem Tu, qui quotidie cibo & potu te ingurgitas, nonne vides circa te tot egenos, fame contabescentes, ne jaceat surdas Lazarus ante fores, micas saltem ei objice & cogita Dominum in egenis indigere ac opus habere illis, quibus Tu mensas lavas &

Communio bonorum Anabaptistarum reje-  
citur.

*Iucunda vox:  
Dominus his  
opus habet.*

scamna, quibus psittacos, simias & canes alis venaticos! Ad exemplum hujus boni viri, concedas quod petitur, & centuplum recipies.

Hoc autem factum est. ] Ponit Evangelista causam, cur Christus hac vice agere voluerit equitem, non videlicet casu quodam fortuite, non novitatu studio, nec ex defatigatione (licet defatigatum legamus Dominiū, Ioh. 4. v. 6. ubi Evangelista gestus, anhelitus & suspiria quasi defatigati Christi depingit, dicens: sedebat supra fontem ērav sic vel taliter) sed ex scriptura predicto, cum particula Ur hoc loco sit, non causalis, sed demonstrativa eventus, alias causas subsequentis. Adducitur autem hic vaticinium Prophetæ Zacharie, qui vixit ante Christum natum annis 526. licetq; Zacharias in suo vaticinio satis perspicue egerit de Messiae nativitate cap. 3. v. 9. de ejus captivitate & discipulorum fugâ, cap. 13. v. 7. de effusione Spiritus S. cap. 12. v. 10. de triginta argenteis cap. 11. v. 13. de aperiōne lateris Christi, cap. 12. v. 10. de baptismo, cap. 13. v. 1. nec non de ascensione Domini, cap. 14. v. 4. Attamen ingressum Christi regium tam clare & perspicue Zacharias descripsit, ac si ipse Dom. Palmarum interfuisset & Osianna cum Judæorum plebe concinisset, Enodemus ergo sequentia I. Vaticinium Zach. 9. v. 9. à Judæis detorquetur, vel ad Esdrum, vel ad Mardochaeum, vel ad Nehemiam, vel, quod vult Aben Ezra, ad Maccabaos; cur autem de Christo hic agi non possit, leves quasdam ratiunculas habent, quas postmodum, explicationi Vaticinii inspergemuſ. Certum itaq; estagi, non de Esdra, non de Mardochae, non de Nehemiam, nec de Maccaba, sed de Christo, quia (1.) post captivitatem Babyloniam Judæi ex sua gente non REGES, sed DUCES tantum ad tempus habuerant, hic autem de Rege agitur: quia (2.) nemo Hierosolymam ita solenniter ingressus est, super Asinam equitans, ut hic describitur: quia (3.) nemo ex supra nominatis dominatus est à mari ad mare, & à fluminibus usq; ad fines terra, quod tamen Zacharias vers. 10. innuit: quia (4.) non conveniunt regia maiestas & summa paupertas, nec de ullo Israelitarum rege legitur, quod ad paupertatem sit redactus: hic autem de Rege paupere, humili & egeno agitur: quia (5..) Reges Israelitici perpetua gesserunt cum Gentibus bella, hic autem de Rege agitur, qui pacem sit locuturus gentibus: quia (6..) credendum est magis soli Matthæo veraci, quam Judæorum turbæ fallaci, Matthæus autem hic testatur clarissime de Christo, & non alio, vaticinatum Zachariam: quia (7..) ipsi Judæi fatentur, cum primis Thalmudistæ, hic agi de Messia, vide Galat. 1. 8. c. 9. Chelec Gerso-

Vaticinium  
Zacharie.

I.

Agit indubie de  
Christo.

nis p. 130. jam verò neg.<sub>3</sub> Esram, neg.<sub>3</sub> Mardocheum, neg.<sub>3</sub> Nehemian, pro Messia agnoverunt, proinde certissimum est, hic agi de Christo, quia ille certo Rex est, Psal. 2. v. 6. ille a sīno uestus, Hierosolymain venit, indeq; à Gentilibus per ludibrium Asinungularius dictus est, ille dominatur vere à mari ad mare, Psal. 72. v. 8. ille pauperrimus factus, Matth. 8. v. 20. ille pacem gentibus annunciat, quando ex Judæis & gentibus unum fecit, Ephes. 2. v. 14. & profecto res clara est, venire debuit Messias ad cives Hierosolymitanos, jam verò tales amplius non sunt, Ergo Messias venit, nec ullus alius expectandus, juxta illud Paulinum: *Certus est, & omni acceptione dignus sermo, quod Christus VENIT in mundum,* I. Tim. 1. ¶ II. Schyvenck-feldist& scripturam nominant literam mortuam, Papist& his consentiunt, & vocat Costerius scripturam: *Atramentum in membrana:* Lindanus nominat eam mutum Magistrum, Tannerus in Colloq. Ratisp. Sess. 8. vociferabatur Scripturam esse Literam, que non loquatur, imò Gretserus satis blasphemè asseruit, nec Scripturam nec Spiritum S. per scripturam loqui & judicare posse: sed Matthæus in nostro textu, quomodo introducit Zachariam, qui tunc temporis in suis saltem scriptis extabat? non certe ut Magistrum mutum, sed ut viventem & loquentem, cui bis loqua atrribuitur his verbis: *Hoc factum est, ut completeretur, quod DICTUM est per Prophetam DICENTEM.* Hic Zachariæ vaticinium dicitur p̄st̄r, Effatum (ut versio Reg. reddidit) Prophetæ dicentis. Scriptura itaq; verbum efficax est & vivum, Heb. 4. verbum vita est, Ioh. 6. verbum salvans animas est, Iac. 1. potentia ad salutem est, Rom. 1.

Dicite filiæ Sion.] Marloratus ex Bucero dicit Matthæi verba non undiquaq; convenire cum Hebraea veritate, neq; cum LXX. sed absit hoc, si Matthæus cum hebraica veritate pugnaret, utiq; cum ipso Spiritu S. pugnaret. Dicendum itaq; est, Evangelistam, non tam verba quam mentem Prophetæ attendisse, naturale enim est, ut qui rem ipsam habet & vaticinii impletionem, de verbis non sit admodum solitus. Præterea injicere nobis voluit occasionem, ut ipsi scripturas consuleremus, lecturatius atq; expensuri exactius que omisissent, simulq; visuri ab illis nihil scriptum, quod non abunde sit impletum atq; perfectum, Lutherus. Per filiam autem Sion intelligitur hic, juxta Lyranum, Civitas Ierusalem, quia in monte Sion erat fortalitium illius civitatis, & protegebatur civitas ab illa parte, sicut FILIA à matre. Rabanus dicit per filiam Sion Hierosolymam intelligi historialiter, mystice vero Ecclesiam, Gal. 4. Alii dicunt per filiam

II.  
Confutat Papistas ac Schyvenck-feldistas.

Filia Sion qua.

Sion intelligi, LITERALITER Hierosolymam, SYNECHDOCHICE omnes Iudeos, MYSTICE universam Ecclesiam: Beustius per filiam Sion Veteris, per filiam autem Jerusalem Novi Testamenti Ecclesiam intelligit, juxta illud: De Sion exibit Lex, verbum autem Domini de Ierusalem, Esa. 2. Mich. 4. Joel. 3. Amos. 1. Tandem, Salmeron putat duorum Prophetarum verba h̄ic reperiiri, Esaiae scilicet & Zachariae, initium verborum Matthæi putat reperiiri, Esa. 62. v. 11. ubi dicitur: Dicte filia Sion: Ecce Salvator tuus venit, reliqua vero ex Zacharia desumpta. Sed cum Matthæus expressè alleget, non Propheta in plurali, sed Prophetam in singulari tantum, h̄ec utiq; subsistere non poterunt. ¶ Observes h̄ic: I. egregiè h̄ic confundi Operarios, cum Ecclesia N. T. dicatur filia, non Sinai, sed Sion, quia omnem suam spem & fiduciam ponit, non in operibus legis, quæ lex in monte Sinai promulgata, sed in promissionibus Evangelii gratuitis. Quicunq; ergo verè lætari cupit, de Christi adventu, is attendat, ut sit filius Filiæ non Sinai, sed Sionis, non confidat suis meritis, sed soli solius Christi merito, ipse enim finis est legis, & qui in ipsum credit justus est, Rom. 10. v. 4. ¶ II. Calviniani putant Christum Adventum suum celebrasse, non propter omnes & singulos homines, sed tantum propter electos, unde Bucanus dixit: Christus nec Pharonis, nec Iudea, nec Caipha, nec Herodis Redemptor est, pro quibus nec mortuus est. Verum h̄ic audimus Christum venisse Filia Zion, hoc est, non tantum omnibus Hierosolymæ inhabitatoribus, sed & toti populo Judaico, qui Judæi, licet Christum non receperint, Ioh. 1. v. 11. imò licet, post alios Prophetas, ipsum trucidarint, Math. 23. v. 37. ipsis tamen venit, ipsorumq; Rex expressè dicitur, cum itaq; Judas, & Caiphas etiam pertineant ad Judæos, utique ipsis etiam Christus venit, adeoq; Salvator est omnium omnino hominum, maximè vero fideli- um, I. Tim. 4. v. 10.

*Operarii non  
pertinent ad fi-  
liam Sion.*

*Descriptio Chri-  
sti Regis.*

Ecce Rex tuus venit tibi.] Suavissimum sanè vaticinium, de quo D. Urbanus Regius dicere solitus, quod esset suum Michtam sive aureolum, sein güttenes Kleinod/dass er für gehen Welt nicht geben wolle; se enim nunquam ita tristem fuisse, ut non vivum ex hoc vaticinio solatum haurire potuerit. Depingit autem Zacharias Christum Servatorem I. ut Dominum Admirabilem, ideo ponitur particula illa, non demonstrationis modo, sed & admirationis. Ecce, desumpta ex Psal. 40. v. 8. II. Delineat Christum, ut Dominum verè Nobilem, est enim REX, & quidem talis REX, qui habet non modò regnum Potentiaz & Gloriaz, sed

sed & Gratia, quod colligit per verbum, quod purgat per Baptismum, quod pascit per Cenam Sacramentum, quod probat per Crucem, quod justificat per Fidem. III. Describit Messiam, ut Dominum Hilarem, ideo iubetur filia Sion gaudere & exultare: dispersi subditi Regis sibi praefecto latentur, I. Sam. 10. v. 14. I. Reg. 1. v. 39. & 40. 2. Paral. 23. v. 11. Nos dispersi eramus ut oves, Esa. 53. ergo merito latamur, quia noster Rex alias Reges multis parasangis supererat, videlicet: Amplitudine, potestate, opibus, legibus, privilegiis, administratione, duratione, latemur itaque dicentes: Portas vestras attollite, celi cives accurrite, & Servatori dicite: Salve Iesu Rex include. IV. describit Zacharius Christum: ut Dominum nobis affinem, ideo dicitur Rex Tuus: Noster enim est ob Incarnationem, noster ob Redemtionem, noster ob Instructionem, noster ob Glorificationem. Ne itaque dicas: Non habemus regem nisi Casarem, ut Glossa Ordin. pulchre addit. V. Depingit hoc Vaticinium Christum, ut Dominum plane humilem, Matthaeus enim appellationem pauperis κατὰ μετάληψιν vocabulo mansueti reddidit. Mansuetus autem Dominus dicitur, ut ob gratiam ameritur, non ut per potentiam timeatur, sicut Glossa interlin. pulchre monet. VI. Depingit Zacharias Messiam, ut Dominum miserabilem, pauper enim nominatur & quidem in Hebreo γένος Ani, hoc est talis egenus, qui non modo pecunii caret & facultatibus, sed & , qui corde est afflito & humiliato, apud quem nullus est vel ira, vel arrogantia locus. Judaei ita arguantur: Zacharias agit de paupere, sed Messias nullo modo futurus est pauper, veniet enim in nubibus celi summa cum potestate & gloria, Dan. 7. v. 3. Ergo. Sed quis nescit geminum esse Christi adventum; in primo venit cum humilitate ad redimendum, de quo Zacharias; in secundo autem veniet cum maiestate ad iudicandum, de quo Daniel. VII. Depingit Prophetam hic Messiam: ut Dominum inculpabilem, dicitur enim: Iustus, id quod intelligendum non modo activè, sed potius passivè, quia justitiam perfectissimam nobis acquisivit, Ierem. 23. v. 6. 33. v. 14. I. Cor. 1. v. 30. IX. Delineat Zacharias Christum, ut Regem salvantem, qui in Chaldaeo dicitur Parick, ein Erlöser / LXX. reddiderunt σωζων, in Hebr. γενις Noscha, quod significationem, juxta Grammaticos, & activam & passivam admittit, der andern hilft/vnd dem geholfen wird/ Galatinus lib. 8. c. 9. Salvatus ipse, Ihm ist geholfen / h. e. Es hat diesem König so viel gefest/vns zu helfen/dass er drüber in den Tod gerathen/ist zum Fluch worden/vnd hat die Kelter des Zorns getreten/ da hat er ihm trauriglich selbst

geholffen/juxta illud: *Es war kein Helfer da / mein Arm musst mir helfen/Esa. 63.* ideo Pagninus etiam passim vertit: *Rex tuus veniet tibi iustus, & servabit seipsum.* Judæi hic objiciunt: *Nos dicere Messiam Deum esse, jam verò de Deo nullo modo dici posse, quod salvatus sit,* ideoq; *Zachariam hic de Deo non loqui.* Sed facilis est responsio: *Dicimus Messiam esse non tantum verum Deum sed verum hominem, respectu itaq; humana natura rectè dicitur Servatus,* quia solutis doloribus mortis suscitatus & vita restitutus est, *Acto. 2. v. 24.* imò Salvatis membris *ipse Salvatus est in membris,* quia sine Salvatis hominibus Salvator ipse non esset. IX. Additur quod venire debeat in *asello*, ubi Judæi urgent discrepantiam, quod Zacharias in masculino genere *Aśinum* designarit. Matthæum autem in fœminino loqui de *Aśinā*, *tūz iws*, sed & hæc levia sunt, cum pullus (cujus Zacharias etiam mentionem facit) de matre sati testetur, & Hebræa vox *חֹמֶר*, *Chomor* utrumq; sexum notet, sicut videre est, *Exod. 13. v. 13. 2. Sam. 19. v. 16.* Obiter etiam notandum, quod Calvinus in Zach. dicit: *Venit Rex super asina, esse FIGURATUM sermonem, quo innuat Christum fore obscurum hominem, hunc esse GENUINUM sensum.* Verùm si hic Genuinus sensus est, utiq; Matthæus genuinum sensum non attigit, quia asinus Calvini asinus *Metaphoricus* est, asellus autem Matthæi *verus est asinus*, cui quis insidere & inequitate potest: Adhac per hunc Calvini Metaphoricum asinum quomodo constringentur Judæi, quibus alias à nobis objicitur, quod nemo asello inequitans solenniter Hierosolymam, præter Christum, sit ingressus? & profectò quod Christus esset futurus obscurus homo, id sat ex voce *Ani* liquet, nec fuisset opus, ut ulla vel pulli vel asini fieret intentio, *Mehlführer th. 29. 30. 31.* ¶ Porro si ad Locos & Observationes te convertas, omnia verba suum suppeditant usum, nos paucis negotiis absolvemus. 1. Si Christus REX est, nos utiq; tractabit REGALITER. Porus Rex, cum ab Alexandro captus, interrogaretur, quomodo tractari vellet? Respondit: *Regaliter, ita Christus etiam suos tractat subditos, defendit nos regaliter, prosternit hostes nostros regaliter, regalia nobis dona & bona in Verbo ac Sacramentis offert, imò Reges & Sacerdotes nos omnes facit coram Patre, Apoc. 1. v. 6.* 2. Si Rex hilaris Christus est, Hilaria etiam nobis non invidet, præsertim circa hoc tempus lætitiae plenissimum. Evidem Pontifex Romanus, jam circa Adventum, prohibet & abrogat hymnos lætitiarum plenos, *Te Deum laudamus, Alleluia, &c.* teste

*Si Christus Rex est, regaliter nos tractabit.*

*Vi Christus Rex hilaris, sic meriti jam lassus.*

reste Durando, sed nos ex tali cantu corvum & ex ungue leonem agnoscimus, h. e. colligimus inde Papam vivum esse AntiChristum, qui vult contrastari illos, quos Christus ob suum adventum lætari iussit & exultare. 3. Si Christus est Rex noster (Rex Tuus) utiq; omnia ipsius beneficia nostra sunt, Venit AD te, venit PRO te, venit PROPTER te, nibiborum propter se, sed omnia propter te, Das hat Er alles vns gehabt/seine grosse Eieb zu zeigen an/Venit TIBI, si credis, venit CONTRA TE, s<sup>n</sup>on credis, ut Glossa Ordin. monet. 4. Si mansuetus est Christus, utiq; non clamabit, calamus quassatum non conteret, linum fumigans non extinguet, Esa. 42. discamus ergo ab ipso, quia mitis est & humilis corde, Mat. II. v. 29. 5. Si pauper est Christus egestatem non ægrè feramus, sed alimentis & vestimentis contenti simus, 1. Timoth. 6. v. 7. quia Christi paupertas eternis & non moriturus divitius gravida est, Hymn. in Matt. 6. Si Christus justus est non modò passivè sed & activè, quanta inde in nos redundat consolatio? nostræ justitiae multis modis contaminatae sunt, Esa. 64. v. 6. Wir sind allsamt vnnüse Knecht / vnd ist für Gott Niemand gerecht / quid enim homo est, ut sit immaculatus & appareat justus natus de muliere? Job. 15. v. 14. Sed Christus, justus ille Rex justificat nos per suam agnitionem, Esa. 53. v. 11. per suam obedientiam, Rom 5. v. 19. per suam redemtionem, Rom. 3. v. 24. ipse retulit justitiam, Dan. 9. v. 24. factus nobis justitia, 1. Cor. 1. v. 30. Gloria nulla mei meriti, sed sanguine mundor, Christe, tuo, sola JUSTIFICOR; Fide. Tandemq; 6. Si Christus Rex Salvans, ein Helfer/qua non inde emergunt solamina? Wir haben einen Gott/der da hilft/Psal. 68. Einen Meister zu helfen/Esa. 63. Einen Nothhelfer zur rechten Zeit/Psal. 9. Einen Helfer in den grossen Nöthen/ so vns troffen/ Psal. 64. Des Hand zu helfen hat kein Ziel/Psal. 130. Er hilft vns freu aus aller Nöth/ ic. Auf Erden ist kein Mensch geborn/ der mir aus Nöthen helfen kan/ ic. Hilff Helfer hilff HErr IEsu Christ/ der du allein mein Helfer bist/ ic. Verlaß mich gänzlich auf deinen Namen/ hilff Helfer hilff/drauff sprech Ich/ Amen. En tibi suavissimum vaticinium, utique maximi faciendum.

Abierunt ergo discipuli & invenerunt. ] Poterant sanè Discipuli Christo sese opponere & dicere: Præceptor, durum est & mi-  
rum, quod præcipis, nōsti aliquoties homines tibi, in petitis ac postula-  
tis, fuisse difficiles, petiisti à Samaritana haustum aqua, sed illa denegavit,  
Joh. 4. petiisti à Samaritanis hospitium, sed illi denegarunt, Luc. 9. Gerge-  
sani

Christus Petuo  
noster.

Nobis mitis &  
mansuetus.

Armuth schen-  
det keinen  
Christen.

Injustitia Christi  
nostra est.

Auxilium no-  
strum à Domi-

no.

fæni tui causâ, ne unum quidem porcellum libenter amisissent, *Matth. 8.*  
 quid si hâc etiam vice, tale quid, accidat nobis? quis tibi mittet asinum  
 cum pullo, sine prece & precio? cur vis ut cum hospite ignoto de asellis  
 litigemus? non Asinarios vel agasones, sed *predicatores* nos vocasti, &  
 quæ tandem hujus rei necessitas est? vix ad horulæ spacium absumus  
 Hierosolymis, si itaq; tot & tanta haec tenus itinera pedibus confeci-  
 mus, hoc etiam conficiemus, solitam profectò *gravitatem tuam* parum  
 decebit asellus, contemtum, ignavum & ex lege impurum animal, &c.  
 Sed quicquid sit, norunt discipuli, obedientiam optimam esse reveren-  
 tiā, *1. Samuel. 15.* ideo faciunt omnia, prout Dominus imperat, juxta Be-  
 zam, vel ut Versio Reg. rectius: *ut Dominus præordinarat, ægrotæzey, wie*  
*ers geordnet/ Denn was er ordnet/ ist lôblich vnd herrlich / Psal. III.* quod  
 ubi faciunt legati, ibi omnia, ut prædicta, fiunt. Licet enim nonnulli  
 discipulis obstat, ut in *Luca* additur, tamen audito Domini nomi-  
 ne omnia pacata sunt & placata: *Quia Magistri errorum, qui prius Doctori-  
 bus contradicebant, postquam per miracula virtus fidei dominie apparuit, resis-  
 stere amplius non valebant, & sic liber credentium populus ad Dominum addu-  
 cebat, addit Beda Allegoria.* Adducunt autem asinam & pullum, dici-  
 turq; à nonnullis Christum insedisse *soli Asinæ*, alii autem putant etiam  
 pullo Dominum fuisse usum, quæ posterior sententia verior: *Existimo,*  
 inquit Osiander in *Bibl. major.* *primo Christum insedisse asinam, postea pullo,*  
 ut solent reges equos commutare. Hunnius in *Matth.* addit: *Nihil discrepant*  
*Evangelista in narratione historiae præsentis, quantumvis Ioannes scribat Domi-  
 num sedisse super Asinam, Marcus & Lucas prætermisso mentione Asina referunt*  
*ipsum sedisse super pullum, nam Zacharias utrumq; fieri debuisse prædixit, &*  
*Mattheus utrumq; factum esse testatur. Alternis enim vicibus Christus nunc asinæ*  
*insidet, cuius meminit Iohannes, nunc pullo Asinæ, ut Marcus & Lucas ha-  
 bent.* Non enim oportet, ut omnia à quolibet Evangelistâ referantur,  
 addit *Lyranus in Marc.* qui tamen equitationis Christi videtur inverttere  
 ordinem, dicens: *Non sedit super utrumq; simul, sed successivè, quia primo sedit*  
*super pullum, quia tamen non erat dominus, quia adhuc non fuerat applicatus*  
*humanis usibus, ut habetur Marc. II. & Luc. 19.* ideo postea sedit super asinam.  
 Sed vox Hebræa, pro qua nostri solent reddere pullum, non pullum  
 propriè, sed idoneum jam equitationi jumentum significat, ut patet ex  
 eo: *Et fuerunt illi 30. filii, equitantes super 30. pullos, Iud. 10. v. 4. & 12. v. 14.*  
 monet ex *Bucero Marloratus.* Calvinus hic addit, *ineptam esse Orthodoxo-*  
 rum

rum multorum allegoriam, quam ex asino & pullo cudent, & statuant, Populi Iudaici figuram esse asinam, cui primum Christus insederit, quia à Judæis incipere debuit, postea transierit ad pullum, quia gentibus quoq; secundo loco præfectus, cum tamen per SYNECHDOCHEN usitatam pro uno duos nominet Evangelista. Sed quid Calvino non ridiculum est & ineptum? Restringatur excogitata hæc Synechdoche, ad solutionem & adductionem jumentorum, tunc ejus apparebit vanitas. ¶ Observanda ergo hic venit. I. indubia CHRISTI Deitas, quæ elucet ex Domini (1.) Omnipotentiā, videt enim absentia, asinam, pullum, utrumq; ligatum, scrutatur corda & novit, tūm verba, tūm cogitationes & contradicentium & concedentium, prædicti etiam futura, asinæ inventionem ac dimissionem, hæc solius Dei sunt, quia homo ea tantum videt, quæ patent, Dominus autem cor intuetur, I. Sam. 16. vers. 7. patet Christi divinitas (2.) ex Domini Omnipotentiā, mandat enim, ut rerum omnium Dominus, fletit efficaciter corda: Discipulorum ut eant, Hospitis ut asinum mittat, populi ut pompam ornet, puerorum ut Osianna concinant, hæc solius Dei sunt, qui hominum corda in manibus habet, Prov. 21. v. 1. adde his (3.) Vaticinium Zachariæ, quis ibi Rex Sion, nisi filius Dei, Psal. 2. v. 6. quis justus nisi solus Deus, Psal. 119. v. 137. quis est Salvator, nisi solus Deus, Psal. 9. v. 10. adde (4.) Osianna, quis ibi aetivè Benedictus est, nisi ille, in quo benedicuntur omnia? quis venit in nomine Domini, nisi ipse Dominus, quia nomen Domini, phrasí scripturæ, ipse Dominus est: ad hæc totum Osianna desumtum est ex Psal. 118. v. 25. ubi de ipso Deo dicitur: Iehova juva, Iehova prosperare. Sequitur ergo non nudum hominem pro nobis passum, sed Dominum gloriæ, I. Cor. 2. v. 8. autorem vitæ, Actor. 3. v. 15. proprium Dei filium, Roman. 8. v. 32. imo ipsum Deum, in carne assumta, juxta catholicam expositionem, I. Pet. 4. v. 1. ¶ II. Observetur vanos esse illos, qui in rebus divinis rationi obediunt, afferentes: Nihil credendum, quod ratione comprehendendi nequeat, In divinis Ratio cedat.

Cinglius in Colloq. Marpurg. A. C. 29. laudandus est Iodocus Nahum, qui hac vice suis sodalibus se opponit, in tertia hodierni Evangelii parte agens: de officiis subditorum Christi, quorum primum est, ut mandatis à Christo rege præscriptis, etiam carni durissimis, sine ulla tergiversatione obsequium præstent, cum enim (inquit Nahumius) sapiens & justus sit, nostramq; querat utilitatem, non sunt ejus decreta STULTÆ rationis trutinâ ponderanda aut examinanda. Quia in parte laudandi sunt Christi disci-

puli, qui asinos in vico monstratos Regi suo, eos poscenti, adducunt, memores ejus mandatis SIMPLICITER esse obtemperandum. Certè si in consilium adhibuis- sent rationem humanam, suassisset illa, ea facienda non esse, qua ipsos discipulos in periculum amittende fama vel etiam vita adducerent, at verò quis sine periculo alterius nobis ignoti asinos abducat? Hactenus Nahum, quem rectè hic sentire fatemur, sed utinam horum verborum suorum etiam memor esset in loco de Cœna, in loco de Christo, aliisque, ibi certè animalis homo non percipit spiritualia, 1. Cor. 1. v. 14. ibi ratio captivanda, 2. Cor. 10. v. 5. ibi caro & sanguis non consulenda, Gal. 1. v. 16. Id bene creditur quod non cùd capit, nam si cuperet, non esset opus ut crederetur, quia videretur, August. Serm. de Charitate.

Et posuerunt super eos vestimenta.] Pompa ingredientis Christi tria complectitur. 1. Vestium substrationem, 2. Rantorum objectionem, 3. Lætam cantionem; primum hic habemus, Asinæ enim, ephippii loco, discipuli imponunt vestes suas, non interiores sive curtas, sed exteriores τὰ μάλα, Syrus vertit pallia, vox enim græca magis significat togas sive pallia & summas vestes, quam vestimenta, inquit Erasmus in annotat. Apostolis adjungit sese turba, & quidem ἀλεῖς οὐδὲν πληρωματορια, non simpliciter fuit πλαύς οὐδὲν πληρωματορια, ut hactenus sèpè, sed ἀλεῖς οὐδὲν πληρωματορια, Totus, utique plurimus, quia hic extremus erat actus, quem Christus in rebus humanis, favore publico & populari erat peracturus, ad hæc ἀλεῖς οὐδὲν πληρωματορια est populus ratione festi, ad quod ex omnibus nationibus Iudei confluxerant, quorum multi desiderio Christum videndi tenebantur, Ioh. 12. v. 20. Multi etiam propter miraculum resuscitati Lazari, cuius rumor Hierosolymam venerat, Hunn. Hæc itaque turba, vestimenta etiam sternit, & quidem in via, ne asina & pullus offenderent ad lapides, ait Lyra, vel: ut pede inoffenso iret pullus, Gloss. interlin. Honorem vero hunc Regibus exhiberi solitum, testatur Plutarch. in vita Catonis Uticensis. Omnia certè ad Christi faciunt honorem, si enim fuerunt substratae vestes divitum, preciosæ utique fuerunt, si vestes pauperum, cariores utique, Eia armer nackter Mann hat sein winter Mützen woll lieber / als ein Reicher sein Seidenstück / vide similem ferè historiam in coronatione Jehu, 2. Reg. 9. v. 13.

¶ Observes hic. I. Omnia hoc loco aliena esse & mutuatio, alienus asinus, alienus pullus, alienæ vestes & in & sub asina, quia in regno Christi omnia aliena quasi & peregrina sunt. In prædicato verbo non ipse Christus, sed aliena auditur lingua, quam nos Christo commoramus

*Christus alienis  
ut plurimum  
utitur.*

damus juxta Nazianzenum, interim, qui vos audit, me audit, *Luc. 10.* In Baptismo omnia peregrina, *aqua fontis, vox hominis,* sed Christus efficaciter adest huic Sacramento & per illud induitur, *Gal. 3.* in Cœna omnia aliena, *panis & vinum, patella & poculum,* sed verum Christi corpus & sanguis adest: in confessione aliena vox consolantis, aliena manus absolvantis, sed interim non homo, verum Deus est qui solvit, *Ioh. 20.* nemo ergo peregrinâ hac adventantis Christi formâ offendatur, quia in tam contemtibilibus testibus multò mirabilius divinitas seipsum manifestavit. *August.* ¶ II. *Substernamus* Observ. nos etiam vestes Christo substernere & posse & debere, idque Christo vestes, (1.) vitam pro Christo ( si ita necessitas requirat ) relinquendo, *Ioh. 12. v.* 25. in pauperes (2.) aliquid erogando, *Matth. 10. v. 40.* 25. v. 40. ad Christi honorem (3.) omnia faciendo, *Psal. 115. v. 1.* carnis desideria (4.) deponendo & exuendo, *Ephes. 4. v. 22.* Epist. *Iude. v. 25.* Supponamus Christo, das Goldgelbe Kleid des Glaubens / 2. das weisse Kleid der Liebe / 3. das rothe Kleid des betrachteten Leydens Christi / 4. das schwarze der Demuth / Bus und Befehlung / *Joh. Arnd.* perit enim omne quod agitur, nisi humilitate custodiatur, *Greg.*

Alii cædebant ramos de arboribus. ] Sequitur alterum, quod Judæi fecerunt ex consuetudine Festi tabernaculorum, nam in hac festivitate faciebant fasciculos ex ramis Palmarum, salicium citriorum, & arboris cuiusdam Hadasi, his ornabant domos, parietes, tecta, plateas, *Aret. Nehem. 8. v. 15.* *Psal. 118. v. 27.* inde festum hoc sortitum est nomen, *Hebræum* quidem: *Chag hassuchot*, festum tuguriorum, *Lev. 23. v. 20.* Græcum autem: *σκηνοπηγία*, tabernaculorum fixio, *σκηνὴ* enim tabernaculum, & *πίγια* vel *πηγύνω* vel *πηγύνει*, figo, unde latinorum *pago* vel *pango* ortum videtur, quod enim Lyra putat *Scenopegian* dici, à latino *scena* & græco *Φάγμα*, quis non erroneum videt? Ramis autem à Judæis legimus exceptos, 1. *Simonem*, *Judæ Maccab.* fratem, 1. *Macc.* *Ramis à Iudeis* 13. 2. *Agrippam*, *Philol.* 1. de legat. ad Cajum. 3. *Alexandrum Magnum*, *Jo-* *excepti.* seph. l. ii. antiqu. c. 8. & tandem hoc loco Christum, cui offerunt ramos: Palmarum, *Ioh. 12. v. 13.* & Olearum, quia in monte Olivarum hæc facta sunt, gens Hebraea ibicum palmis obvia venit. ¶ Observ. Nos etiam ramos Christo offerimus, Si (1.) pro potenti victore ipsum agnoscamus, palma enim *victoriae* olim signum fuit, unde Palmam olim in triumphis gestam testatur Plutarch. in vita Thesei, victores palmis coronabantur & præferebatur illis gladius strictus Palmarum ramis circumdatus: Ita

& nos in victoria Christi exultemus cum Paulo dicentes. Mors absorpta in victoriam est, &c. i. Cor. 15. quia *victoria Domini, triumphus servi, nobis parta salus nostra est victoria Christi.* Palmas (2.) & Olivas Christo offerimus, si pro *pacis* principe ipsum agnoscamus, Scipio enim ex Olea ramo in prora navis suspenso collegit, Carthaginenses *pacem* petere *pacifera*, *manu ramum protendit Oliva*, inquit Virgil, 8. Aeneid. Sic Christus est Pax nostra, Eph. 2. disciplina pacis nostrae super eum, Es. 53. per Christum reconciliati fide, Pacem habemus, Roman. 5. Ramos (3.) offerimus Domino, si efficaciam meriti ipsius probè consideremus, Strabo l. 18. Geograph. refert à Babylonis 600. numerari utilitates, quas quidem à palmaris suis habeant, quis autem numerare potest illas *utilitates*, quas quidem ex Christi merito habemus, hæc profectò illa plenitudo est, ex qua sumimus nos omnes gratiam pro gratia, Ioh. 1. v. 16. Palmas (4.) præferimus Christo, si crucem patienter toleremus, ut enim Palma oneri resistit, juxta Versus Alciati :

*Nititur in pondus Palma, & consurgit in altum,  
Quo magis & premitur, sic mage tollit onus.*

Ita & nos patientes simus in cruce & constantes, Tu ne cede malis, sed contra audientior ita. Ramos (5.) præferimus, si pietatem indesinenter sectemur: Palma semper viret, & quò magis senescit, eo meliores fert fructus, Plin. l. 6 nat. hist. c. 20. Ita & nos simus arbores frugifera ac bonis Operibus semper virides, tunc justus ut Palma florebit, Psal. 1. & 92. & pertinent hoc versiculi: *O lignum vita, sine te sumus arida Palma, si tibi consérinmur, florida Palma sumus;* Justi ut Palma florebunt, *angusti in radicibus, lati in floribus & fructibus, quoniam bonus odor Christi sunt, & sternunt viam mandatorum bonâ famâ Hieron.* Ramos (6.) præferimus Domino, si sanctos in pietate imitemur, juxta illud Theophylacti: *Sternamus & nos viam vita nostra, cedentes ramos de arboribus, h.e. imitantes sanctos, nam arbores sancti sunt, de quibus ille ramos cedit, qui virtutes illorum imitatur, &c.*

Populus qui præibat & sequebatur, ] Osianna sequitur, quod membratim videbimus, I. Ordo & Chorus hic concinnè admodum est dispositus, alii asinæ, ut satellites adhæserunt, alii præcesserunt, alii subsecuti sunt. Adumbrantur ii, qui vixerunt ante Christum, qui vivunt sub Christo, & illi, qui post visibilis præsentia subductionem, Christum sequentur, Vel: per præcedentes possunt intelligi, credentes V. T. per subsequentes Novi. Vel: præcedunt fide fortiori prædicti, sequuntur fidei ins-

firmioris homines, qui tamen omnes, per Christum, cœlestem Hierosolymam ingrediuntur. Glossa Ordin. *Praesit Iudaicus populus, securus est gentilis, illis venturum credebant, nos venisse credimus.* Hieron. *Praeunt Prophetæ, sequuntur Apostoli, Abyssus abyssum invocat, h. e. lex legem alteram.* II. Osanna desumptum est Ps. 118. v. 25. quem quidem Psalmum Lutherus dicere solitus est: *aureum confitemini, ex quo suum desumfit Symbolum: Non moriar, vivam, Christi magnalia dicam, imò quem tam artificiosè in Pathmo exposuit, ut Dn. Selneccerus in Comment. Psalmorum dicat;* Se nihil addere posse, *Wir würden doch drüber zu Schand vnd Spott/ inquit: Wenn wir neben so ein herrlich Schloß/ ein altes gerbrochenes Bawrhäuflein mit Leimen gemacht/ sezen wönten.* Controversi a. olim est, quid esset Osanna? Hilario significabat: *Redemptionem domus David. Ambroſio: Redemtorē domus David. Augustino vox obſerantis est, affectū magis notans, quā rem aliquā. Alii reddiderunt Hymnum, alii: Gloriam, alii: Gratia, vide Pelarg. Quæſt. in Joh. Pontifici ex Osanna aliquod campanarū nomen fecerunt, unde ingens Erfurtenſum campana OSANNA dicitur.* Est autem vox Hebræa, composita, ex Na, quæ est interjectio & nota affectus, sicut nos Germani dicimus: Ach / cum ardenter aliud optamus: Hosia est imperativus: Salva, juva, fer opem: radix est Josua, unde etiam Jesus, Hosianna, Ach hilf herzlieber Hexx / Phil. Melanth. Glossa Ordin. Osanna verbum Hebræum, ex integro & corrupto compositum Hosiah enim salva vel salvifica, Na interjectio deprecantis. Lyra Osanna est verbum Hebraicum, compositum ex Osi, Salva, & Anna, quod est verbum optandi, & valet utinam, &c. Verbain Psal. 118. ita habent: Ana Iehova Hoschiana na, ana Iehova hatz luchana, quæ quia ut plurimum decabantur in Festo Tabernaculorum, hinc hodierni etiam Judæi hanc festivitatem: Hoschiana dicunt, decantant in ea prolixum canticum, quod Anahoschiananominant, in eoq; contra nos Christianos his utuntur: Takkeh Ojebhe-na, percute inimicos nostros, prout primogenitos in Aegypto percussisti, facq; eos humiles, imò ultimum solennitatis diem nominant: Osanna rabba, juva tu fortis sive potens, Buxtorff. Synag. c. 16. III. Addit turba: Benedictus, qui venit, &c. Hebraicè: Baruch, laudatus, bonis auctus, à Barach, laudare & bonis aliquem augere, hac igitur voce omnium bonorum augmentum & prosperum rerum successum Christo regi implicantur. IV. concludunt: Osanna in excelsis. Osanna b qui es in cœlis altissimus, Beza; Tu Deus Opt. Max. qui cœlis excelsior, adjuva regem nostrum, quem misisti,

*Procession non intellecta.*

Osiander. ¶ Observabimus ergò hīc , I. preces non intellectas Deo nullo modo acceptas esse, nam licet hoc ex nostra cantione, quam plebs & pueri minus intellexerint, probare conentur Pontificii, res tamen manifesta est , nam tunc temporis quilibet scivit idiota quid Osianna esset, cum Arator stivam manu tenens, Davidicū aliquid, cecinerit, Hieronymo teste: Distinguendum itaq; est, inter *pueros & adultos*, *Psal.* 8.v.3. nec non inter *res petendas & verba potentia*, hæc necessariò oportet nos intelligere, licet de illis Paulus dicat : *Nescimus quid oremus*, *Rom.8. v. 26.* ¶ II. Observandum: Cultu ex humano cerebro orto, Deum non coli, sed magis offendit. Contrarium quidem Pontificii libenter probarent ex nostro textu, ubi populo (ex ipsorum sententia) nullibi fuerit mandatum , vel, ut vestes substernerent, vel ut ramos objicerent, vel, ut Osianna occinerent, & tamen Christo hæc placuisse. Resp. Verba turbæ sunt desumpta ex *Psal. 118.* Ergò scripturis consentanea sunt, adhæc si Christo debebatur internus cultus, cur non etiam *externus?* præterea, quod Christus ipse præsens approbat, quis improbabit? & si maximè hic cultus non esset mandatus, præfiguratus tamen esset, in typo festi tabernaculorum, *Lev. 23.* unde Glossa Ordin. pulchrè: *Ordo hic majestatem regiam arguit, quis enim sic dispositus? quis convocavit? quis consilium dedit sternendi viam? quis consonum hunc concentum dictavit?* utiq. SPIRITUS DEL.

*Ist des Palm  
Esels  
Schwanz  
Heiligthumb,  
so mögen die  
Papisten das  
Pacem füßen.*

¶ III. Observ. Turbam colere, venerari & adorare Christum, *de asino*, vel *asini caudâ* nemo est sollicitus, & tamen inter Pontificiorum Reliquias, has etiam nugas reperies. Monstratur Romæ in templo Joannis Lateran. *Spongia*, quâ Christus in cruce potatus: monstratur Parisiis in templo Dionysii. *Malchilaterna* in oliveto amissa: monstrantur Trevirisci, quibus milites sub cruce luserint: imò Genvæ in Ital. monstratur *canda asini*, cui Christus inequitarit, Piccard. in Apiario, part. i.c. 11.p.62. egregias sanè reliquias! quas Pontificii, more consueto, ex osculari poterunt, *Sie mögen das Pacem füßen.* ¶ IV. Ideam hic habemus vitæ æternæ: *Sicut enim in nativitate Christi angeli; sic hic pueri, pax in terræ, gloria in celo, angeli incœperunt, finiunt pueri, hoc est consortium angelorum in vita eterna*, *Ioan. Arnd.* ¶ V. Videntur hīc depictæ tres Hierarchiæ: *Si tu es Apostolus, si docendi munere in Ecclesia fungeris, fideleriter doce, adduc multos Christo, bunc ille à te exigit honorem, hoc officium. Si autem Praefis [in statu Politico] sunt tibi vestimenta, sunt divitiae, impende pauperibus, & qui quid illis largitus fueris, Christus sibi impensum arbitrabitur. Si autem [in statu OEconomi-*

*Serviamus  
Christo, quiesq;  
pro viribus.*

nomico] vestimenta desint, ne videaris habere excusationem, sterne ramos in via, habeas vivos fidei ramos, ostende proximis pietatis exempla, Osianna concione, &c. Granat. Vide ferè similia apud Ardentem, qui vestimenta tribuit Activis, ramos prædicatoribus, imò tria hominum genera Osianna concinnentia dicit significatos per Noe, Danielem & Iobum, quos Propheta, [Ezech. 14. v. 14.] dicebat liberandos, per Noe quippe Reñores, per Daniel contemplativos, per Iob verò activos & uxoratos designari, uti his fortasse poteris, si recte & orthodoxè accommodes.

## Dominica II. Adventus,

Evangelium, Luc. 21. Matth. 24.

Marc. 13.

**E**RUNT Signa in Sole, & Luna, &  
Stellis, & in terris anxietas gentium  
per desperationem, resonante mari,  
& fluctu, extabescientibus homini-  
bus, præ timore & expectatione eorum, quæ super-  
venient orbitarum. Nam virtutes cœlorum  
movebuntur, & tunc videbunt Filium hominis  
venientem in nubibus, cum potestate & gloria  
magna. His autem fieri incipientibus, suspicite, &  
attollite capita vestra, quoniam appropinquat  
redemptio vestra.

Et dicit illis similitudinem: Videte sicum, &  
omnes arbores, cum protrudunt iam gemmas,  
cer-